



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

11 vtrum prudentia, quæ est respectu proprij boni sit eadem specie cum
ea, quæ se extendit ad bonum commune.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

relatione ad bonum commune, hoc est, nisi proprium pro communi bono sit paratum, non recta ratione habetur. Et hoc probatur per Romanos non ex abdicatione fatua bonorum, sed ex recta ratione propria bona pro communibus sic ponebant, ut mallet propria non habere, communitate ea habente, quam communitatem non habere, & se habere. Optimu autem fuisse & ipsos, & communitate habere.

Li. 5. c. 3. circa fin. videtur inuicem mo 5.

¶ Super quaest. quarta gesima septima articulum undecimum.

IN ar. 11. eiusdem q. dubium occurrit multiplex. Primum est, Quo pacto in virtute boni viri includitur virtus principis, cum distinguantur specie, ut in corpore ar. dicitur, prudentia moralis, quae est virtus boni viri; & prudentia politica, quae est virtus principis. Secundum est, Quo pacto ualet ratio litera, quia ad bonum uirum pertinet posse bene principari, & bene subici. Ex hoc enim si sequitur, quod includat uirtute principis, sequitur etiam quod includat uirtute subditi, pari ratione. Et cum uirtus principis distinguatur specie a uirtute subditi, ut in littera dicitur ex Aristotele, sequitur, quod uirtus boni uiri includat oppositas uirtutes. Tertium dubium est, quia falsum est, quod ad bonum uirum spectet posse bene praesse, & subesse. Multi enim sunt uiri boni, qui non possunt bene praesse, ut experientia testatur. Quartum est dubium politicum in precedenti li. de q. 9. Quare scilicet uirtus boni uiri magis identificatur uirtuti principis, quam ciuis, ut dicatur, quod eadem est uirtus boni uiri, & boni principis; & quod non est eadem uirtus boni uiri, & boni ciuis, cum etiam ad bonum ciuem spectet posse bene praesse, & subesse, ut in co. de 3. Politicorum dicitur.

Lib. 4. c. 4. in titulo de Aelia familia, in fine.

Li. 3. c. 8. inter medium & finem.

Lib. 5. c. 1. a medio, to. 5.

bonu propriu. ergo et prudentia. **S**ED CONTRA est, quod Dominus dicit Matt. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familia sua?

RESPON. Dicendum, quod sicut Philof. dicit in 6. Eth. Quidam posuerunt quod prudentia non se extendit ad bonum commune, sed solum ad bonum proprium. & hoc ideo, quia existimabant quod non oportet hominem quaerere nisi bonum propriu: sed haec aestimatio repugnat charitati, quae non quaerit quae sua sunt, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. Vnde & Apost. de seipso dicit 1. ad Corinth. 10. Non quaerens quod mihi utile sit, sed quod multis, ut salui fiant. Repugnat etiam rationi rectae, quae hoc iudicat, quod bonum commune sit melius, quam bonu unius. Quia ergo ad prudentiam pertinet recte consiliari, iudicare, & praecipere de his, per quae percutitur ad debitu finem, manifestu est, quod prudentia non solum se habet ad bonu priuatum unius hominis, sed etiam ad bonu commune multitudinis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philof. ibi loquitur de uirtute morali. Sicut autem omnis uirtus moralis relata ad bonum commune, dicitur legalis iustitia, ita prudentia relata ad bonum commune, uocatur prudentia politica. Nam sic se habet politica ad iustitiam legale, sicut se habet prudentia simpliciter dicta ad uirtutem morale.

AD SECVNDVM dicendum, quod ille qui quaerit bonu commune multitudinis, ex consequenti etiam quaerit bonum suu propter duo. Primo quidem, quia bonum proprium non potest esse sine bono communi uel familie, uel ciuitatis, aut regni. Vnde Maximus Valerius* dicit de antiquis Romanis, quod mallebant esse pauperes in diuite imperio, quam diuites in paupere imperio. Secundo, quia cum homo sit pars domus, uel ciuitatis, oportet, quod homo consideret quid sit sibi bonu ex hoc, quod est prudens circa bonu multitudinis. Bonum autem dispo partium accipitur secundu habitudinem ad totum, quia ut Aug. dicit in li. confess. Turpis est omnis pars suo toti non conueniens, uel non congruens.

AD TERTIVM Dicendum, quod etiam temperantia & fortitudo possunt referri ad bonum commune. Vnde de actibus earum dantur praecpta legis, ut dicitur in 5. Eth. Magis tamen prudentia, & iustitia quam pertinent ad partem rationalem, ad quam directe pertinent commu-

nia, sicut ad partem sensitiuam pertinent singularia.

ARTICVLVS XI.

Vtrum prudentia, quae est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quae se extendit ad bonum commune.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Vt quod prudentia, quae est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quae se extendit ad bonum commune. Dicitur a Philof. in 6. Eth. quod politica, & prudentia idem habitus est: esse autem, non idem ipsis. Praeterea Philof. dicit in 3. Politice, quod eadem est uirtus uiri boni, & boni principis: sed politica maxime est in principe, in quo est sic ut architectonica. cum ergo prudentia sit uirtus boni uiri, ut sit idem habitus prudentia, & politica. Praeterea, quorum unum ordinatur ad aliud, non diuersificant speciem, aut subiectum habitus: sed bonum proprium, quod pertinet ad prudentiam simpliciter dictam ordinatur ad bonum commune, quod pertinet ad politica, ergo politica, & prudentia non differunt specie, neque secundum habitus substantiam.

SED CONTRA est, quod diuersae scientiae sunt politica, quae ordinatur ad bonum commune ciuitatis: & oeconomica, quae de his est, quae pertinent ad bonu commune domus, uel familie: & moralis, quae est de his quae pertinent ad bonu unius persone, ergo pari ratione & prudentia sunt species diuersae, in hac diuersitate materiae.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra* dictu est, species habitus diuersificantur secundum diuersitate obiecti, quae attenditur penes rationem formalem ipsius. Ratio autem formalis omnium, quae sunt ad finem, attenditur ex parte finis, sicut ex supra* dictis patet. Et ideo necesse est, quod ex relatione ad diuersos fines diuersificantur species habitus. Diuersi autem fines sunt bonum proprium unius, & bonum familie, & bonum ciuitatis, & regni. Vnde necesse est, quod prudentiae differant specie secundum differentiam horum finium, ut si una sit prudentia simpliciter dicta, ordinatur ad bonu propriu. Alia autem est oeconomica, quae ordinatur ad bonum commune domus, uel familie. Et tertia politica, quae ordinatur ad bonum commune ciuitatis, uel regni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Philof. non intendit dicere, quod politica sit idem secundum substantiam habitus cuiuslibet prudentiae.

¶ Secundum est. qd cines sunt in duplici differentia, quidam praclari, quidam communes. & quod licet virtus eius absolute & in boni separantur, virtus tamen boni viri, & praclari eius, eadem est subiecto: quoniam ad virtutem spectat posse & scire bene praesse & subesse, ut ibidem ab Aristotele dicitur. Ratio ergo qua virtus boni viri & principis coeunt, est secundum Aristotelem: quia principis tenet locum rationis praecipuae simpliciter, & non ad hoc, vel illud particulare. Ad perfectionem autem rationis praecipuae simpliciter exigitur omnis moralis virtus. Unde etia bene subesse debet scire, & posse principis alioquin non bene praedit. Cuius autem absolute locum tenet participantis rationem, ut nauate in nauis, cui no est opus, nisi secundum suum officium quod particulare est, bene se habere.

sed prudentia, q ordinatur ad bonum cōe: quae quidem prudentia dicitur s in communem rationē prudentia, prout. s. est qdā ratio recta agibiliū. Dicitur aut politica, s in ordinē ad bonum cōmune.

AD SECVNDVM dicēdum, quod sicut Philofibidem dicit. Ad bonum virum pertinet posse bene principari, & bene subijci. Et ideo in virtute boni viri includitur etiam virtus principis: sed virtus principis & subditi differt specie, sicut etia virtus viri & mulieris, vt ibidem dicitur.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam diuersi fines, quorū vnus ordinatur ad alium, diuersificat speciem habitus, sicut sequē stris, & militaris, & ciuilibus differunt specie, licet finis vnus ordinetur ad finem alteri. Et similiter licet bonū vnus ordinetur ad bonum multitudinis, tamen hoc non imedit, quin talis diuersitas faciat habitus differre specie: sed ex hoc sequitur, quod habitus, qui ordinatur ad finē vltimum, sit principior, & imperet alijs habitibus.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum prudentia sit in subditis, an solum in principibus.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quod prudentia nō sit in subditis, sed solum in principibus. Dicitur. n. Philof. in 3. Politic. quod prudentia sola est ppria virtus principis: alia aut virtutes sunt cōes subditorum, & principum: subditi autem nō est virtus prudentia, sed opinio vera.

¶ 1. Præ. In 1. Politic. dicitur, qd seruus oīno nō habet quid cōsiliatiū, sed prudentia facit bñ cōsiliatiuos, ut dicit in 6. ¶ Ethic. ergo prudentia non cōperit seruis, seu subditis.

¶ 2. Præ. Prudentia est praecipua, ut supra dicitur: sed praecipue non pertinet ad seruos, vel subditos, sed solum ad principes ergo prudentia non est in subditis: sed solum in principibus.

SED CONTRA est, quod Philof. dicit in 6. ¶ Ethic. q prudentia politicae sunt duae species. Vna que est legum positia, que pertinet ad principes, alia que retinet cōmune nomen politicae, quae est circa singularia: hñōi autem singularia peragere, pertinet etia ad subditos: ergo prudentia nō est solum principū, sed et subditorū.

RESPON. Dicendū, q prudentia in ratione est: regere at, & gubernare proprie rationis est. & iō unūquisque inquantū participat

de regimine, & gubernatione, intantum conuenit sibi habere rationem, & prudentiam. Manifestum est autem q subditi, inquantum est subditus, & serui, inquantum est seruus, non est regere & gubernare, sed magis regi & gubernari: & ideo prudentia non est virtus serui, inquantum est seruus, nec subditi, inquantum est subditus: sed quia quilibet homo inquantū est rationalis, participat aliqd de regimine secundum arbitrium rationis, intantum conuenit ei prudentiam habere. Vnde manifestū est, q prudentia quidē in principe est ad modum artis architectonicae, ut dicit in 6. ¶ Ethic. in subditis at ad modum artis manu operantis.

AD PRIMVM ergo dicendū, q uerbum Philof. est intelligendū, p se loquendo, qd prudentia nō est virtus subditi, inquantū hñōi.

AD SECVNDVM Dicendū, q seruus nō hēt quid cōsiliatiū, inquantū est seruus, sic n. est instrumentū Dñi: est tamē cōsiliatiuus, inquantum est animal rationale.

AD TERTIVM Dicendū, q prudentiam homo non solum picipit alijs, sed et sibi ipsi, put. s. rō dicitur praecipere inferiorib. uiribus.

ARTICVLVS XIII.

¶ Vtrum prudentia possit esse in peccatoribus.

AD DECIMVM TERTIVM sic proceditur. Vt, q prudentia possit esse in peccatoribus. Dicit enim Dñs Luc. 16. Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt: sed filii huius saeculi sunt peccatores: ergo i peccatoribus potest esse prudentia.

¶ 2. Præ. Fides est nobilior uirtus, quam prudentia: sed fides potest esse in peccatoribus, ergo & prudentia.

¶ 3. Præ. Prudentis hoc opus maxime dicimus, bene consiliari, ut dicitur in 1. ¶ sexto: sed multi peccatores sunt boni consilii. ergo multi peccatores habent prudentiam.

SED CONTRA est, quod Philof. dicit in 6. ¶ Ethic. rō. Impossibile est prudentem esse non entē bonum: sed nullus peccator est bonus: ergo nullus peccator est prudens.

RESPON. Dicendum, q prudentia dicitur tripliciter. Est enim quaedam prudentia falsa, uel per similitudinem dicta. Cum n. prudēs sit, qui bene disponit ea, quae sunt agēda propter aliquem bonū finem, ille qui propter malum finē aliqua disponit congruentia illi finī, hēt

stinctio non monastica, sed politicae prudentiae est.

¶ Ad obiecta autem in oppositum dicitur, quod subditus, seu seruus non est uel mobile & organum irrationale, sed rationale: & propterea secundum politicae prudentiae rationē obsequi & seruire debet, & consilium ut ipse sum decet, ne uelut brutum animal exequatur. Et similiter imperare, ne propter iram, ebrietatem, timiditatem, dimittat seruire, sibi ipsi Li. 6. c. 8. circa pri. to. 5. in q. 10. art. 2. dicitur patet.

¶ Super quest. quadragesima septima articulum duodecimum tertium.

IN art. 13. dubium occurrit circa illud. Prudentia uera, & perfecta in peccatoribus esse non potest, cum superius dictum sit, quod uirtutes morales acquisite possunt esse sine charitate, ac per hoc in peccatoribus.

¶ Ad hoc dicitur, qd sermo literae huius formaliter intellectus est uerissimus, & intelligendus est proportionaliter, quod scilicet prudentia infusa non potest esse in peccatoribus simpliciter. Prudentia autem acquisita non potest esse in peccatoribus infra uitae naturalis terminos. Qui enim peccatores sunt in his, que solo naturali lumine distantur, prudentes non sunt prudentia acquiritur: & qui peccatores sunt absolute sine in naturaliter, sive in supernaturaliter notis, prudentia infusa carent: sed memento, quod peccator respectu prudentiae acquiritur, & infusa non eodem modo sumitur, quia unicus actus im prudentiae tollit infusam, non autem acquiritur: & quia Author theologice loquitur de prudentia infusa, & peccatoribus id est existentibus in mortali peccato etia unico, intendere uidetur.

¶ In eodem art. circa prudentiam imperfectam, ppter defectum pracepti,

Inf. q. 50. art. 3. ad 2. & q. 51. art. 1. ad 3. Et vir. q. 5. art. 2. cor. & ad 3.

Li. 6. c. 5. circa prin. & c. 7. a med. tom. 5.

Li. 6. c. 12. in fi. tom. 5.